



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLIII. Eyn Vorschreybung Marggraff Woldemarss, dorinne er dem Closter
Hymmelpforten voreignet die Dorfer Krumbekke vnd Ruttenbergk sanpt
Gense Mollen.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

de Plote, Spulo et alii quamplures fide digni. Vt autem hec donatio stabiliter et firma permaneat, presentes literas inde confectas nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. XIII^o., in ciuitate nostra Noua Brandenborch, in die Sanctorum Fabiani et Sebastiani, martyrum.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmus Seydell, sacri Pontificatus et Imperii auctoritibus Notarius publicus, et concordat cum suo vero originali de verbo ad verbum, quod attestor hac mea manu propria.

XLIII. Eyn Vorfchreybung Marggraff Woldemarfs, dorinne er dem Clofter Hymmelpforten voreignet die Dorfer Krumbeke vnd Ruttenberg sampt der Genfe Mollen.

In nomine Domini Amen. Vt ea, que aguntur in tempore, simul non cum fluxu temporis euanescent, solent per scripturarum formas in esse locari perhenne, Vt sic in noticiam luce clariorem omnibus uiuentibus futuris et presentibus deducantur. Inde ergo est, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, cupientes his personis, que seruituti diuine se et sua perpetuo dedicarunt, specialis subsidii commoda impertiri participesque effici bonorum operum cum effectu, que frequenter in Claustro porte celi fiunt, Recognoscimus publice per presentes, quod de bona nostra mente ac pura uoluntate predicti Claustri monachis seu fratribus presentibus et futuris, ordinis Cytercienfis, dedimus et solemni donatione donauimus proprietatem plenam horum bonorum, scilicet Ville Crumbecke, Ville Rutenberch, molendini dicti Conradi cum aua et sex chororum atque dimidii chori frumenti in molendino Vorftenberch cum omni iure, libertate, commodo et fructu, sicut eam habuimus, cum omnibus suis terminis ac metis ad ipsas villas spectantibus, ac proprietatem agrorum omnium cultorum et incultorum, lignorum, paludum, aquarum, pratorum, piscationum, pascuorum ac omnium, de quibus iure foret facienda mentio singularis, Renunciantes, quoad nos, quoad heredes nostros et successores quolibet, solemni ter proprietati ac iuri predictarum uillarum, molendini et Chororum predictorum ac omnium eorundem attinentium, nec non precarie ac seruitiis realibus et personalibus, et quicquid nobis uel nostris successoribus posset ex quacunque causa competere in futurum, Ponentes ipsos fratres in possessionem uel quasi proprietatis uillarum et bonorum omnium predictorum. Et ne de hac donatione a nobis donatore facta fratres ipsi donarii notam ingritudinis incidant, Dicti fratres in compensam retributionis honeste nos, nostros successores et subditos dimiserunt solutos de omnibus damnis, iniuriis et contumeliis, in clauastro ipso et allodiis In guerra proxime preterita perpetratis. Et ut de hoc negotio nulli dubium oriatur, nostro sigillo cum annotatione testium subscriptorum muniri fecimus presens scriptum. Testes uero sunt: nobilis uir Guntherus, Comes de Keuernberg, Conradus de Redere, Fridericus de Aluenflebe, Droyfecko, Slo-teco, Henningk de Blankenborch, Heinrich de Stegelitz, Henricus, Decanus in Stendall, Euerardus Stolpenfis et Segherus Stendalgenfis Prepositi, ac Hermannus de Luchowe, nostri Cappellani, cum multis aliis fide dignis. Datum Euerfuolde, Anno domini M^o. CCC^o. XVII^o., feria tertia in Rogationibus.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmus Seidell, Misnensis Diocesis, Sacris Pontif. et Imperiali auctoritatibus Notarium publicum et concordat (sicut a me est correcta) cum suo vero originali de verbo ad verbum, quod attestor hac mea manu propria.